Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

Ad librum epistolarum

urn:nbn:de:bsz:31-131303

Visual Library

Ad Librum Epistolarum.

Pag.292. Ita enim utroq; plenus eſt.) *E veteri gloſſario, nuncupes licet* Dulcacidum, ὀξύγλυκον: *aut ex altero,* γλυκύπικρον ἢ ὀξύγλυκυ. *Ad Plautinum illum Ciſtellariâ I, 1. alludit.* *Amor dulcacidus.*

Ecaſtor amor & melle & felle eſt fœcundiſſi-
(mus.
Guſtu qui dat dulce, amarum ad ſatietatem
(uſq; oggerit.

Ibid. Aliud odii patietur offenſam) *Teſtatur Megaronides quoque apud Comicum, Trinum. Amicum, inquiens, caſtigare ob meritam noxiam immune eſt facinus, hoc eſt, Douſâ explanante: Ingratum beneficium, ſive officium, parumq; adeò ex libidine ejus, cuja res agitur, & ad quem caſtigatio illa peculiariter pertinet.* *Offenſa.*

Ibid. Mi dilectiſſimi) *Mox hac Epiſt.* Mi dulciſſimi ac dilectiſſimi mei. *Inf. Epiſt. 7.* Mi Domini venerabiles. *Eundem ad modum.* τὸ Age *ad plures refertur tanquam unum aliquem alloquamur. Servius Æneid. 2.* Age, *ait,* modò non eſt verbum imperantis, ſed hortantis adverbium, adeò ut plerunq;, Age facite, dicamus, & ſingularem numerum copulemus plurali. *Barth. ad Cir. Virg. n. 99.* *Mi, in plurnum.* *Age, pro Agite.*

Paginâ 286. Locaticias) *Gloſſa.* Locaticius μισθώσιμος. *Locationibus* μισθώσεσιν. *Locaverim* ἐμισθωσάμην. *Et altero* μισθωσιμαῖος, *conductitius, loca-* *Locatitius.*

torius, μισθὸς χειρῶν, manuprecium. *Nam juxta Moſchopulum,* τὸ ἐπὶ κόπῳ λαμβανόμενον, μισθὸς λέγεται *Luc.* 10, 7. & 1. *Timoth.* 5, 18. ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστιν. *Euripid. Rheſo:* πονοῦντα δ' ἄξιον μισθὸν φέρεσθαι. *Locare ſuas operas, eſt ſervire alicui pro mercede.*

Ibid. Habere me hic nonnullorum gratiam) *Hujuſmodi formulæ coacervari hic plures poſſent è Symmacho; niſi ſuper his plura replicare ſuperforaneum ſtatuerem.*

Viſcera. *Pagin.* 295. Ut mea viſcera) *Hebræi viſcera* τὰ σπλάγχνα *uſurpant, cum abundantiam amoris ſignificare volunt. Rittersh. ad Oppian. p.* 212.

Epiſt. II.

Pag. 297. Pediſſequa novi honoris) *Commentar. Terent. pag.* 648. *Diodor. Siculus lib.* 19. ταῖς εὐτυχίαις οὐ μόνον ῥαθυμία καὶ καταφρόνησις εἴωθεν, ἀλλὰ καὶ ὑπερφρόνησις, καὶ μεγαλόνοια. *Vide Hypomn. Camerarii ad Theognid. V.* 153.

Epiſt. IV.

Paterna reverentia. *Pag.* 301. Etiam in bona cauſa humilis) *Decorè admodum D. Chryſoſt. hom. 2. ad. Tim. 2. c. 1.* ὃν πατέρα τις ἔχῃ, κἂν μυρία ἔχῃ δεινά, πάντα συσκιάζει. *Patrem qui habet, etſi mille patiatur incommoda, omnia patris reverentiâ conteget. Nam ut eſt apud Stobæum tit. de honor. parent.* Πιττακὸς παρακαλούμενος ἵνα μὴ πατρὶ δικάσηται, εἶπε πρὸς αὐτόν. εἰ μὲν ἀδικώτερα μέλλεις λέγειν τοῦ πατρὸς, κατακριθήσῃ· εἰ δὲ δικαιότερα, διὰ τοῦτο αὐτὸ ἄξιος, εἶ κατακριθῆναι. *Pittacus*